1142 fama volante, quia nulla res velocior esse potest,[1] ad aures Conradi Moraviensis cito pervenit. Ipse vero, quod eum ultra facere oportebat, insciis sagittarios colligit, et eis sagittas in civitatem mittentibus quidam nefarius, cui revera melius erat, si natus non fuisset, sagitte sue igne per artem adiuncto eam versus monasterium sancti Viti dirigit,[2] que tecto monasterii affixa predictum monasterium incendit, et sic hoc malum antiquo hoste operante predictum monasterium cum maximo thesauro et plurimis ecclesiis combustum est. Monasterium autem sancti Georgii[3] non solum combustum, sed et funditus eversum fuit. Dum talia geruntur, rex Chouradus duce Wlad(islao) armata manu ei viam preparante Boemiam intrat. Quod Chouradus audiens ei armata manu parat occurrere. Exploratores ad explorandum, eorum quanta sit multitudo et utrum eis possint occurrere, versus Plzen[4] castrum dirigit. Qui cum usque ad campestria ultra Plzen perveniunt, tantam multitudinem exercituum conspiciunt, quod sole super

cf. Matth. 26,24

Übergangsjahren?

1) cf. Verg. Aen. 4, 174: Fama, malum qua non aliud velocius ullum.

2) Nach der ältesten Chronik (vgl. Tomek, Gesch. d. Stadt Prag I, S. 19) das gemeinsame Hofgesindel der Domgeistlichkeit; doch ist wahrscheinlich der Dom selbst gemeint. Vgl. unten S. 77; auch in anderen Quellen heißt jüngst monasterium für Dom (z. B. Vita Heinrici IV, 1. SS. rer. Germ. S. 10.

3) Das Benediktiner-Nonnenkloster St. Georg auf dem Georgiberg, das älteste Kloster Böhmens, von Boleslaus II. um 973 gegründet.

4) Pilsen.